Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8279
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

as autem genuit manasseen · Manasses autem genu
it ammon · Ammon autem genuit iosiam · Iosi
as autem genuit iechoniam et fratres eius in tran
migracionem babilonis · Et post transmigracio
nem babilonis · iechonias genuit salathiel · Sala
thiel autem genuit zorobabel · Zorobabel autem genuit
abiud · Abiud autem genuit eliachim · eliachim autem
genuit azor · Azor autem genuit sadoch · Sadoch autem
genuit achim · Achim autem genuit eliud · eliud autem
genuit eleazar · Eleazar autem genuit matthan · ma
than autem genuit iacob · Iacob autem genuit ioseph
virum Marie · De qua natus est Ihesus qui vo
catur Christus · Credo in unum deum · Off. Offerta
est gracia in labiis tuis propter benedixit te deus in
eternum et in seculum seculi · Secreta · Salutem omnipo
tens pater hostiam immolantes implorantes clem
entiam tuam · ut geminas filii tui supplicacione
placatus: pestem nos et a penis absolutos et
ad visionem gloriae tue perducas · Per · Prefatio ·
Et te in Concepcione beate Marie · Com. Offerta
est gracia in labiis tuis propter benedixit te deus in
eternum · Compl. Celestis alimonie vegetati liba
mine qs dne deus noster: ut nos gloriose sem
per virginis Marie continua foveat protectio cu
ius nostre causa salutis extitit hodierna concep
cio · Per dn. In Purificacione sancte Marie · Introitus